S T E P H A N V S

DEi gratia REX Poloniae, magnus DVX Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Kiioviae, Volhiniae, ac Princeps Transylvaniae. Significamus his litteris nostris quorum interest univer-
sis et singulis, earum notitiam habituris. Quod etiamsi omnium Regni nri Ordinium et Statuum, atqz etiam omnium et singulorum Subditorum nrorum iura, libertates, immunitates, prerroga-
tivas, litteras, et quaevis PRivilegia ac indulta, tam generalia totius Regni, quam spetialia et privata (ipsis tamen publicis et generalibus non contraria, et usu diuturno et continuo roborata)
quorumvis Subditorum nostrorum, circa foelicem inaugurationem nram, et iureiurando in praesentia omnium Ordinum ac Statuum REgni, et litteris quoqz nris, abunde confirmaverimus,
ita ut nullum esse arbitremur, cui hac in parte a nobis satisfactum non esse merito videri possit, tamen id iterum repetere, atqz quod publice antea fecimus, hoc etiam privatim quibusdam id a nobis
expetentibus, facere, aequum et conveniens esse censemus. Proptereaqz cum supplicatum nobis esset a quibusdam Regni nri Consiliariis, nomine Magistratus ac totius communitatis &
congregationis Civium Civitatis nrae Vielicensis, ut illius quoqz Civitatis, iura, Privilegia, prerogativas, libertates, consuetudines, plebiscita et decreta, specialibus litteris nris approbaremus et confir-
maremus; existimavimus nihil nos ab offitio nro alienum facturos esse, si huic supplicationi annueremus, desiderioqz praefatorum Civium nrorum Vielicensium satisfaceremus, maxime vero
quod idem quoqz a praedecessoribus nris factitatum esse sciamus, quorum vestigiis sicuti in reliquis rebus omnibus, ita in hac quoqz parte insistendum nobis esse proposuimus. Quare omnia et sin-
gula iura, Privilegia, Decreta, immunitates, libertates, exemptiones, concessiones, donationes, emptiones, inscriptiones et generaliter omnes et singulas prerogativas litterasqz quocunqz verborum tenore conscri-
ptas, (quas eius valoris esse volumus, ac si hic ad verbum inscripta essent) ipsi Civitati nrae Vielicensi a Serenissimis Antecessoribus nris iuste et legitime datas, donatas, concessas et lar-
gitas, iuriqz communi non contrarias, et in quorum usu hactenus extiterint, nullis penitus exceptis, in omnibus earum punctis, clausulis, articulis, verbis, capitulis, et conditionibus, approbandas,
et confirmandas duximus: prout de certa scientia et voluntate nra approbamus, confirmamus, ratificamus et innovamus, plene, integre, sufficienter, nihil detrahendo vel diminuendo. Decernen-
tes easdem et omnia in illis comprehensa, rata, firma, valida, inviolabilia, ac immutabilia temporibus perpetuis, permanere, et robur suum debitum quantum de iure est retinere debere. In cu-
[illegible] Regni nri appensione muniri mandavimus. Datum Mariemburgi die Tredecima Mensis Decembris. Anno Dni Millesimo

STEPHANVS

Dei gratia REX Poloniæ, magnus DVX Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Volhiniæ, ac Princeps Transylvaniæ. Significamus his litteris nostris quorum interest univer-
sis et singulis, earum notitiam habituris. Quod etiam si omnium Regni nri Ordinium et Statuum, atqz etiam omnium et singulorum Subditorum nrorum. iura, libertates, immunitates, prerroga-
tiuas, litteras, et quævis PRivilegia ac indulta. tam generalia totius Regni. quam specialia et priuata. (ipsis tamen publicis et generalibus non contraria. et usu diuturno et continuo roborata.)
quorumuis Subditorum nostrorum. circa foelicem inaugurationem nrām, et iureiurando in præsentia omnium Ordinum ac Statuum REgni, et litteris quoqz nris, abundè confirmauerimus,
ita ut nullum esse arbitremur, cui hac in parte à nobis satisfactum non esse meritò uideri possit. tamen id iterum repetere, atqz quod publice antea fecimus, hoc etiam priuatim quibusdam. id à nobis
expetentibus, facere, æquum et conueniens esse censemus. Propterea qz cum supplicatum nobis esset à quibusdam Regni nri Consiliarijs, nomine Magistratus ac totius communitatis &
congregationis Ciuium Ciuitatis nrē Vielicensis. ut illius quoqz Ciuitatis, iura Priuilegia, prærogatiuas libertates. consuetudines, plebiscita et decreta specialibus litteris nris approbaremus et confir-
maremus: existimauimus nihil nos ab offitio nro alienum facturos esse. si huic supplicationi annueremus. desiderio qz præfatorum Ciuium nrorum Vielicensium satisfaceremus. maximè vero
quod idem quoqz à prædecessoribus nris factitatum esse scimus. quorum vestigijs. sicuti in reliquis rebus omnibus. ita in hac quoqz parte insistendum nobis esse proposuimus. Quare omnia et sin-
gula iura. Priuilegia. Decreta. immunitates. libertates. exemptiones. concessiones. donationes. emptiones. inscriptiones. et generaliter omnes et singulas prærogatiuas litterasqz quocunqz verborum tenore conscri-
ptas, (quas eius valoris esse volumus. ac si hīc ad verbum inscriptæ essent) ipsi Ciuitati nræ Vielicensi à Serenissimis Antecessoribus nris iustè et legitime datas. donatas. concessas. et lar-
gitas iuriqz communi non contrarias. et in quorum usu hactenus extiterint. nullis penitus exceptis. in omnibus earum punctis. clausulis. articulis. verbis. capitulis. et conditionibus. approbandas.
et confirmandas duximus: prout de certa scientia et uoluntate nrā approbamus. confirmamus. ratificamus. et innouamus. plenè. integrè. sufficienter. nihil detrahendo vel diminuendo. Decernen-
tes easdem et omnia in illis comprehensa. rata. firma. valida. inuiolabilia. ac immutabilia temporibus perpetuis. permanere. et robur suum debitum quantum de iure est retinere debere. In cu-
ius rei fidem præsentes manu nrā subscripsimus et sigilli Regni nri appensione muniri mandauimus. Datum Marienburgi die Tredecima Mensis Decembris. Anno Dni Millesimo
Quingentesimo Septuagesimo SEptimo. REgni vero nri Anno SECVNDO.

Stephanus Rex

Matthias Bel.

N. 51 Visum Approbatio circa Juniam
Wielicie per Stefanum Regem A. 1577

Numero 6.te

N. 8.

1577
N. 53

Confirmatio Stephani Regis.
1577
Privilegium
in donationem

N. 57

203.